



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 140. Andreæ Capellæ & Antonii Ricciardi mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Marpurgensis, qui disputatione *de ma-* Sæc. XVII.
gia Diabolica ibidem habita a Protestan- A. C. 1610.
 tibis suis Doctoribus vehementer ob-
 jurgatus, vastissimum, quod de hoc
 argumento conscribere parabat, opus
 absolvere præpediebatur, nihilominus
 librum edidit de *Dæmonologia, de Dæ-*
monis cacurgia & lamiarum energia Fran-
 cofordiensibus liberis anno millesimo
 sexcentesimo septimo excusum, in quo
 Tandleri Wittembergeris Professoris
 tractatum de *fascino & incantatione* a-
 crius perstrinxerat: cum vero exin-
 de Protestantium invidiam in se con-
 citasset, desertis eorum signis Catho-
 licam fidem professus, tres libros,
 quibus titulus: *Innocentius sive de mi-*
seria, Francofordiæ anno Christi mil-
 lesimo sexcentesimo nono excudi cu-
 rabat.

§. CXL.

Andree Capellæ & Antonii

Ricciardi mors.

His merito accensendus est Andreas
 Capella natione Hispanus patria *Miræusi. c.*
 Valentinus, qui relicto Societatis in-
 stituto ad Sacrum Cartusianorum Or-
 dinem anno quingentesimo sexagesimo
 Pp 2 nono

Sæc. XVII. nono supra millesimum tranſiit, ubi
A. C. 1610. virtute, doctrina & ſanctitate conſpi-
 cuus & in divinis Scripturis verſatiſſi-
 mus, Theologus ſublimis, & Prædi-
 cator egregius tantam nominis ſui fa-
 mam ſibi conciliabat, ut ſæpius Prior,
 & non modo ſui Ordinis, ſed & quo-
 rumdam Benedictinorum & Canonicorum
 Regularium Viſitator, ac tandem
 Episcopus Urgellenſis nominaretur,
 quam Eccleſiam viginti tribus annis
 rexit, ac tandem octogenario major
 die duodecima Septembris pie in Do-
 mino obdormivit: Scripſit *commenta-
 rios in Hieremiam, Sermones quadragi-
 ſimales & Dominicales, Exercitia ſpiri-
 tualia, colloquium interius cum Chriſto*
 præter tractatum de *Paſſione Domini.*
 Huic adjungimus Antonium Ricciar-
 dium, patria Brixienſem. Erat is
 Vir eloquentiæ & Philoſophicæ eru-
 ditionis laude conſpicuus, qui gratam
 ſui memoriam Reipublicæ Literariæ
 reliquerat præclaris ingenii ſui monu-
 mentis, ex quibus præcipue commen-
 dantur ampliffima duo volumina ſub
 titulo *commentaria Symbolica:* edidit e-
 tiam tractatus de *Angelis, & de cog-
 nitione hominis,* præter diſſertationem de
 Gallico vexillo *Auriflamma* dicto. Ex-
 ſtat quoque ipſius *Historia Aſolana* præ-
 ter

ter tractatum de *idiomatum præstantia*; Sæc. XVII.
 in quo libro Cimbricam seu Jütianam A. C. 1610.
 Hæbraica lingua præstare, evincere
 nititur.

§. CXLI.

Scriptores ex Ordine FF. Prædicatorum hoc anno defuncti.

Inter plures ex Ordine Prædicatorum
 Scriptores, qui hoc anno deceffe-
 runt, paucos duntaxat, eosque cele-
 brioris recensemus, quos inter pri-
 mus est Alexander Manerbius Breſcia-
 nus in Historicis verſatiffimus. Scripſit
 Sylvam moralem ſeu allegorias anima-
 lium, Sylvarum, montium & flumi-
 num, necnon expoſitionem in Ruth &
 Jonam, & commentarios de Religione.
 Elegantiffimos quoque ſermones edidit
 Pater Antonius Simeon Pariſiis im-
 preſſos: inſuper præter tractatum in
Sphæram Joannis de Sacroboſco Joannes
 Renard Flander univerſam elucu-
 brabat Philoſophiam. Contra recen-
 tiores vero Joannes Montagnolus do-
 ctrinam S. Thomæ egregie defendit,
 edito hanc in rem Neapoli libro jam
 diu expectato, & omnibus Studioſis
 ſumme neceſſario. Venetiis quoque &

*Miræus l. c.
 Eckard
 Script. Ord.
 Præd.*

Pp 3 alibi